Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Historische Sammelhandschrift, dt.Text: Beschreibung Jerusalems – Nürnberg, STN, Cent. III, 93

Signatur: Cent. III, 93

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

urbium et agrorum crebris eruptionibus estuabat. nunc tum
in noxia specie ad preteritorum fidem firmat. Igitur ut pretermittam
interim de tyrannis. quorum mox qui fuit ultor successor
effectus est. medio tempore hoc est anno ab urbe condita trecentesimo
xxxvi. cum Reginis apud Siciliam discordia laborasset. civitas per
dissensionem divisa in duas partes est. pars una veteranos ab
Ymera urbe Sicilie in auxilium vocavit. Porro illi civitate
pulsis primum his contra quos implorabantur. deinde mox cesis etiam
illis quibus ad auxiliandum convenerant. urbem cum coniugibus et libe-
ris sociorum occupaverunt: ausi facinus nulli tyranno compara-
ndum. quippe cum Reginis quanto utilius perpeti satius fuerat. quam ut
ultro invitarent. quibus patriam. coniuges. liberos. ac penates
ipsi extorres addicta relinquerent. At etiam Catinenses cum Syracu-
sanos graves infestosque paterentur. ab Atheniensibus auxilia po-
poscerunt. Sed Athenienses suo magis quam sociorum studio. instructa
classe in Siciliam misere. cum et se propagare molientur imperium. et
Syracusana classe nuper instructa Lacedemoniis proficere ve-
rerentur. Et quia Athenienses qui missi erant in Siciliam. cesis
hostibus prospera initia successerant. maiores copias robustioremque
exercitum cum Lachete et Chariade ducibus in Siciliam reduxerunt.
Sed Catinenses belli tedio permoti. cum Syracusanis fedus ineunt.
auxilia Atheniensium spreverunt. Post hoc at Syracusani condi-
tiones pacis meditatione dominationis transgredientibus. demum legatos
Athenas mittunt. qui capillo barbaque squalidi. et lugubribus
induti indumentis. miseriam et auxilium sermone et habitu precarentur.
Igitur magna classis instruitur. ducibus Nicia et Lamacho. tantisque
viribus Siciliam repetit. ut suffragia sua ab his timerent quam im-
petivissent. Athenienses duas illico pedestres pugnas prosperis
successibus faciunt. conclusos in urbe hostes et obiecta classe
circumdatos terra marique concludunt. At Syracusani fractis
fessisque rebus auxilium a Lacedemoniis petunt. A quibus mox mit-
titur Gylippus. solus quidem. sed in quo omnium presidiorum instar
preferebatur. Qui veniens ut audivit inclinatum iam belli statum.
auxiliis partim in Grecia. partim in Sicilia contractis. opportuna
bello loca occupat. Deinde duobus proeliis victus. in tertio tamen con-
gressu Lamachum occidit. hostes in fugam vertit. socios obsidione
liberavit. Hinc Athenienses terrestri proelio victi. experimenta
maris ineunt. et navali certamine congredi parant. Quo
cognito Gylippus classem instructam a Lacedemoniis accersit.
Eque Athenienses in locum amissi ducis Demostenem et
Eurimedonta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesi